



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCXCII. Der Römische König Albrecht bestätigt den Ehecontract zwischen
der Markgräfin Jutta, Schwester des Markgrafen Hermann von
Brandenburg, und dem Herzoge Rudolph von Sachsen und die Mitgift von

...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

dominum Helderunge, Nobiles, Dominum Theodericum et suum filium Dominum Fridericum dictos de Torgaw, Dominum ottonem de Ylburg, Dominum Wibaldum de Forste, Dominum Theodericum de kerkaw, dominum Berterammum de Benz et dominum Berterammum de Stegeliz. Quodsi in termino memorato prefati prouentus siue redditus, predictae domine assignati et dati siue expositi non fuerint, cum compromissoribus nostris ciuitati Brandenburg nos ad obstagium presentabimus, postquam requisiti fuerimus, infra mensem, In eadem tam diu continue manentes, donec prefate domine de premillis redditibus ad plenum fuerit satisfactum. Nihilominus Episcopus halberstadenfis et comes M. de Sladam intrabunt halberstadt et comes H. de Honstein et dominus de Helderunge se Nordhusen presentabunt obstagium facientes. In predictorum omnium euentiam pleniorum presentes litteras conferri iussimus et sigillorum nostrorum appensionibus communiri. Acta sunt hec et data Nurenberg, Anno domini M^o. CC^o. LXXXXVIII^o, sexto kal. Decembris.

Nach dem Originale im K. K. Geh. Hof- und Staatsarchive zu Wien.

CCXCII. Der Römische König Albrecht bestätigt den Ehecontract zwischen der Markgräfin Jutta, Schwester des Markgrafen Hermann von Brandenburg, und dem Herzoge Rudolph von Sachsen und die Mitgift von Beltzig und Dommitzsch, am 2. Dezember 1298.

Nos Albertus, Dei Gratia Romanorum Rex, Semper Augustus, tenore presentium recognoscimus et publice profiteamur, quod constitutus in nostra praesentia Illustris Hermannus, Marchio Brandenburgensis et Dominus de Hennenbergk, Princeps et filius noster charissimus, promisit, quod ipse inclitam iuttam sororem suam, solenni stipulatione interueniente, Corporali insuper per eum prestito Sacramento, Illustri Rudolpho, Duci Saxonie, Principi et nepoti nostro charissimo, dabit et tradet legitimam in uxorem, deputans et dans ipsi Duci Rudolpho Dotis nomine Castrum Belticz, Castrum Domicz*) et oppidum ibidem cum districtibus terris, bonis, uillis, Juribus, prouentibus et possessionibus aliis quibuscunque et quocunque nomine censeantur, ita uidelicet quod dictarum personarum superius nuptiis celebratis, Castra eadem cum oppido, terris, Districtibus, possessionibus et aliis suis atinentiis quibuscunque ad ius et proprietatem eiusdem Rudolphi, Ducis Saxonie, iure Domini tenenda, perpetuo et pacifice possidenda, libere et absolute, impedimento atque conditione quibuslibet cessantibus, deuoluantur. Interim vero, ante nuptiarum earundem solemnium, uult et promittit libere et expresse, ut Castrum Domicz ab eo custodiatur et fideliter conseruetur, quod etiam de Consilio et arbitrio Venerabilis Volradi, Brandenburgensis Ecclesiae Episcopi, Principis nostri dilecti, fide custodie Castrum eidem duxit deputandum. Castrum uero in Belticz custodiam ei, quem ad hoc idoneum inuenit et fide-

*) Schützen Domacz, Ludwigs Abdruck Dominiz.

lem, tenendum et conseruandum pro ipsius Hermannii arbitrio voluntatis committit: qui custodes sub uirtute prestiti Sacramenti, inter predictum Ducem Rudolphum et Juttam sororem sepefati Hermannii nuptiarum solemnibus celebratis, Castra predicta cum attinentiis uniuersis, quandocumque per nos fuerint requisiti, sepefato Rudolpho Duci Saxonie assignare bona fide absque contradictione qualibet tenebuntur, premisso tamen quod praefati Castrorum eorundem Custodes deductis expensis necessariis et utilibus, quas circa Castrorum ipsorum custodiam fecerint, prouentus residuos ad utilitatem et usum ipsius Rudolphi de consilio praefati Hermannii conuertere teneantur, quolibet dolo et fraude penitus proscriptis, his insuper appositis conditionibus et adiectis, quod si alterum ex ipsis contrahentibus scilicet Rudolphum uel Juttam ante nuptiarum solemnibus decedere contigerit, dicta Castra Beltitz et Domicz cum suis attinentiis ad praefatum Hermannum uel suos heredes libere reuertantur, eo iure, quo ipsa ad praesens dinoscitur possidere. In cuius quidem Dotis recompensam praefatus Rudolphus Dux Saxonie supradictae Jutte solemnibus stipulatione interposita et iuramento prestito corporali dare et assignare promisit, in donationem propter nuptias Dominium in Bren*) ad ius et Dominium Illustris Alberti, quondam Ducis Saxoniae, per mortem Conradi quondam Comitis de Bren, cum Castris infra scriptis eidem Dominio attinentibus, uidelicet cum Castro Slywin, Gesezen**), Prettin, Bitterfeldt et oppido in Hertzberck cum munitionibus, uillis, districtibus, bonis infeodatis et non infeodatis, hominibus et aliis attinentiis uniuersis. Verum quia nos praefatum Rudolphum cum terris suis, bonis, hominibus atque Dominiis ipsum respicientibus uniuersis, uolentes ipsius Rudolphi utilitati et indemnitati prospicere, sepefati Hermannii sueque tuicioni, fidelitati et procuratori Curatorii nomine recommisimus, ipsum Curatorem et Prouisorem personae et rerum ipsius fiducialiter deputando; Promittit etiam idem Hermannus in uirtute praestiti Sacramenti, quod quandocumque nos procuratoris et gubernationis curam eidem Hermannus creditam duxerimus reuocandam, praenotata Castra cum suis pertinentiis nec non alia bona, munitiones et Ciuitates cum aliis possessionibus quibuscumque ad Jus et Dominium memorati Rudolphi Ducis Saxonie quocumque titulo spectantibus ad requisitionem nostram, eidem Rudolpho Duci Saxonie uel suis Heredibus resignabit et tradet: si uero nos rebus humane fortis eximi contigerit, ad requisitionem sepefati Rudolphi, Ducis Saxonie, omnia Castra, Munitiones et possessiones quascumque dicto Duci pertinentes, scilicet prout superius est expressum, eidem Rudolpho absque contradictione et impedimento quolibet idem Hermannus retrahere tenebitur et etiam resignare. Huius rei testes sunt Venerabiles Volradus Brandenburgensis et Landolphus Brixinensis Ecclesiarum Episcopi, Magnifici Principes Otto et Henricus fratres Marchiones Brandenburgenses, Erhardus Comes de Katzenellenbogen, et Burckhardus Comes de Hohenloe, Eberhardus Imperialis aulae Cancellarius, Magister Johannes eiusdem aulae Prothonotarius, Marquardus de Schellenbergk, Vricus de Chlingenberch***), Wernhardus de Ploczk †), Ge-

*) Schöttgen: Soren.

**) Ludewig: Löffen.

***) Ludewig: Ohlingenberch.

†) Ludewig: Blozdeck.

uehardus et Fredericus fratres de Aluensleue, Ludouicus de wanczleue, Johannes de Barby*) milites, et alii quam plures idonei et fide digni. In cuius rei testimonium et euidenciam pleniorum prefens scriptum exinde conferri et nostre Maiestatis sigilli munimine iussimus communiti. Datum apud Nurmberch, III. Non. Decembris, Anno Domini MCC. nonagesimo octauo, Ind. XII. Regni uero nostri anno primo.

Schoettgen et Kreyfigii Diplom. III, 398. 399. Ludewig Reliqu. Mspt. X, 31. — An beiden Orten ist die Urkunde so fehlerhaft abgedruckt, daß nur durch Vergleichung beider Abdrücke der Sinn herzustellen war.

CCXCIII. Der Markgraf Otto von Brandenburg erlaubt dem Arnold von Haversforde das Schloß Werder zu verkaufen an wen ihm beliebt, am 24. April 1299.

Nos Otto, dei gratia Brandenburgensis et de Landesberg Marchio, recognoscimus coram uniuersis et singulis in his scriptis publice protestantes, quod annuimus et liberam facultatem dedimus viro strenuo Domino Arnoldo de Haversforde dicto, ut castrum Werdere ad libitum suum, cuiuscunque decreuerit, vendat vel obliget. Et nos hanc obligationem seu venditionem dicti castri gratam tenebimus atque ratam. In huius rei euidens testimonium presentem litteram nostram patentem dedimus, nostro Sigillo roboratam. Datum in Castris Varsfelde, Anno Domini MCCXCIX, feria sexta post Pascha.

Bei Gudenus Cod. diplom. Mogunt. II, 291 mit cuique decuerit statt cuiuscunque decreuerit. — Das bezeichnete Schloß ist vielleicht Bodenwerder.

CCXCIV. Graf Konrad zu Wildberg und der Markgräflich Brandenburgische Vogt zu Coburg leihen Otto von Leibach die Rottfelder zu Werzbach, am 22. July 1299.

Nos C. dei gratia Comes de Wildperg et Christianus, advocatus in Koburg Marchionis Brandenburgensis, recognoscimus omnibus per presentes, quod Ottoni de Leybach et suis heredibus novalia sita in Werzbach contulimus et quidquid amplius super lucratus fuerit . . . suis laboribus in decima et in omni jure, libere, et absolute, hoc adjecto, quod is Otto de supra dictis novalibus et sui heredes pro quolibet agro dabunt unum denarium, daturum quolibet anno. Hujus rei testes sunt dominus Petrus plebanus in . . . et Lanmann miles, et Thotarius miles et . . . et alii quam plures fide digni. In cuius rei testimonium nostro sigillo presentes dedimus communitas. Acta sunt hec anno domini M. CCXC^o IX^o in die beate Marie Magdelene.

Nach Schultes, Coburgische Landes-Gesch., Anh. S. 26 mit Correctur der augenscheinlichen Fehler.

*) Ludwig: Waivwoi.